



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

Legata omnia de manu hæredis capienda sunt, & licet legatarius non possit autoritate propria legatum accipere. & aliter teneretur hæredi restituere prout uoluit tex. in l. unica. C. quorum legat. Id tamen in quibusdam casibus locum non habet. prout Capra consi. 3. circa hoc pura in fine.

1. Limita. q̄ legatum libertatis dicitur pium, quando fit pro anima uel amore Dei, alias secus. Ita Bar. in l. i. C. de sac. sanct. eccle. & ibi Ias. in utraque lect. uersi. not. istam p̄sch. limit. Tiraquel. in tract. piæ causæ in præfatione fol. 1. uersi. limita. q̄ d. legatum.

2. Fallit hæc regula in legatis ad pias causas, quæ anthoritate propria legatarii capere possunt, & re uendicāt, ut tenet Corn. Pe. consi. 140. circa hanc consult. col. si. l. c. fol. 1. & Capra consi. 302. punctus in 4. dubio q̄ not.

3. Fallit etiam in legato libertatis, quia disposita in libertate locum habent ad alias pias causas. sp. in tit. de instr. edit. §. nunc aliqua uersi. & scias Bal. in l. ii. & l. penult. C. de fideic. libert. late Tiraquel. in tract. piæ causæ nu. 3. fol. 15. uersi. item legatum libert. in præfact.

REGULA LXXII.

Legatum reddituum ex aliquo fundo, si ad manus tertie personæ fundus peruenerit, censetur obligatus ad illos redditus, & ad illum agi poterit hypothecaria tex. est cum glo. in l. Gaius. d. de ann. legat. & l. Lucius. ff. de alim. & cib. legat. Roma. consi. 388. in casu propositi. num. 5. & idem sing. 432. & Bal. in l. liberis. §. Lucius. ff. de alim. legat. & late Tiraquel. 63. p. de priuilegiis piæ causæ. fol. 97.

1. Amplia. id locum habere in legatis ad pias causas. prout Tiraquel. in d. p. 63. in princ. quod not.

1. Fallit in fundo, seu proprietate urbis Venetiarum, quia stabila